

1749.

39. 689.

1627

64

14

3

QUÆSTIONES  
SEU  
CONTROVERSIÆ  
ALIQVOT FEU-

DALES:

*Quas*

D. O. M. A.

Jctorum

*Amplissima Facultate adfentiente,*

PRÆSIDE

*Consultissimo & Excellentissimo Viro,*

**Dn. IEREMIA REUSNERO I. U. D.**

incluta in Acad. Witeberg. Antecessore, Curia Provin-  
cialis & Scabinatus ibid. Adfessore: Præceptore & Pro-  
motore suo ætatem honorando,

*publice disquisitioni*  
*subjicit*

**EBERHARDUS SCHNELL, FRISIUS,**

In auditorio Jctorum,

*ad diem Aprilis horis à 7. matutinis.*

WITTEBERGÆ,

**Ex Typographico JOHANNIS GORMANNI,**

ANNO M. DC. XXVII.

47

20.00

QUESTIONES

221

CONTRORSIAE

ALIQNOT FEU-

D A T E S :

Qua

D. O. M. A.

1700

Amplissima Facultate

PRÆSIDE

Consistens & Excellentissimo Viro

Dr. JEREMIA REUSNERO I. U. D.

inlata in Acad. Witeberg. Antecessore, Curia Provin-

cialis & Scabinatus ibid. Adlectore: Præceptore & Pro-

motore suo gratiam honorando,

publice disquisitioni

subiicit

EBERNARDUS SCHNELL, FRISIUS.

In auditorio 1700

ad diem Aprilis hora 7. matutina.

WITTEBERGÆ,

Ex Typographo JOHANNIS GORMANNI

ANNO M. DC. XLVII.

75





Συὸ Θεῶ.

# QUÆSTIONES SEU CONTROVERSIÆ

ALIQVOT FEUDALES.

## QUÆSTIO SEU CONTROVERSIÆ

PRIMA.

**E**udorum Origo quæ (a)?

Varia heic de πρωτεῖω hereses; tot imò dixerim sententias, quot capita: quippè feuda quidam (b) ab Monarchiæ primæ (c) Exordio: aliqui (d) à Clientelis Romanorum (e): à militiis (f) Eorundem derivant non pauci (g). Sunt etiam, qui ab agris limitrophis seu limitaneis (h); itemque à prædiis stipendiariis (i): tum quoque à Gallis (k): quin imò ab CAROLO illo Magno oriri feuda statuunt (l). Aliialiter (m), quorum Copia multò-maxima,

ὡς τῶν ὀρνίθων πετεηνῶν ἔθνεα πίδα.

Verum enimverò Nos cum Heigio I Cto (n) feuda eorumq; jura ad mores Longobardorum (o) referenda autumamus.

(a) eam Non nulli putant esse incertam, *Sonsbec. p. 1. de c. F. 29. Valasc. tract. feud. de jur. Emphyt. q. 39. num. 1. Paulus Berens, lumen Eoz Frisiæ & Dicasteri, quod est Auricæ, adlessor,*

A

De



De nostris annis Cui juppiter augeat annos,  
 Diss. feud. 1. th. 2. (b) per c. Genes. 14. v. 4. 2. paral. 36. v. 13. 1 Rig. 4. v. 7.  
 cum seqq. usq. ad 22. Ierem. 52. v. 3. tit. 1. §. & qui. 1. lib. 1. Goedd. F. diss. feud.  
 1. th. 1. Niell. diss. 1. th. 1. (c) Cujus autor fuisse creditur Assyriorum  
 rex potentissimus Nabuchodonosor, Sleid. lib. 1. de quat. Monarch.  
 pag. (mibi) 24. (d) Zas. epit. feud. p. 1. n. 1. Budens ad L. Herennius ff. de  
 Evict. Hanner. de feud. c. 2. in pr. (e) de quibus V. Halycarnass. lib. 2. An-  
 tiquit. Plutarchus in Romulo, Agell. l. 1. c. 13. (f) quæ fuere varia, Nov.  
 53. & 57. (g) Halsand. in dd. Nov. itemque Neoterici aliquot (h)  
 quos in limitibus imperii sitos Romani Optimates solebant as-  
 signare militibus in præmium virtutis militaris l. item 15. §. item.  
 2. ff. de R. V. l. Lucius Titius, 11. ff. de Evict. Lelius Taurell. in lib. de militia  
 Obrecht. lib. 1. de jure F. c. 2. (i) quorum passim jus Civile meminit,  
 Lucas de Penna in l. quicunq. C. de omni agr. desert. (k) & ipsorum  
 SOLDURIIS, de quibus Casar lib. 3. de bell. Gall. Connan. 2. comm. 9.  
 (l) sub cujus imperio usurpari caperiat, Valt. l. 1. feud. c. 1. n. 14 Ferr.  
 Mont. lib. 1. comm. feud. cap. 1. (m) ita quidam, ut Cujac. in Prole-  
 gom. comm. feud. & lib. 8. obs. 14. ejusdemque Optio, Borch. comm. feud.  
 c. 2. n. 12. referre malunt ad Servos, qui in jure nostro saepe dicun-  
 tur Homines, l. 2. C. de Episc. & Cler. l. 1. C. de Commerc. & merc. ibi Go-  
 ehofr. in Not. l. unie. C. de conduct. prædior. fisc. l. Senatorum, 4. C. de digni-  
 tat. nonnulli ad Frisios, Suffrid. Petri lib. de scriptor. Frisia, de cad. 1. in  
 pr. (n) p. 1. q. 1. n. 31. (o) populi sunt Italiae bellicosissimi, alios Insu-  
 bres, Sleid. de quat. Monarch lib. 3. pag. 496. Munster. Cosmograph. lib.  
 2. pag. 250. Item Galli Cisalpini, Michaël Neand. Geograph. part. 1. de  
 Ital. natione & gente Saxones, utpote qui ad eas riparum oras,  
 ubi nunc ditiones sunt Magdeburgensis & Halberstadensis, se-  
 des suas habuere; indeque, duce Alboino per Noricum & Pan-  
 noniam intrarunt in Italiam, regnante Justino circiter annum  
 Christi 568. dicti ita à longis hastis sive bardis, quibus usi sunt  
 pro armis, Melancht. in Chronic. Carion. lib. 3. & 4. Vvesemb. de feud.  
 c. 3. n. 2. Schrad. p. 2. c. 1. n. 2.

**II. Consuetudinum (a) feudalium compila-  
 tores qui?**

Et hoc αμφοτεροτροπον est, quo in conciliando ma-  
 ct è-su

etè sudarunt FF. Pars (b) duobus illis Mediolanensium (c) purpuratis, Gerardo Nigro & Oberto de Orto (d) talem adscribunt operam: pars (e) non privati alicujus sed Imperatoris Romani (f) autoritate id putant factitatum, Nos παψωδιου (g) esse aliquam variis è Longobardorum, Mediolanensium aliorumvè (h) consuetudinibus (i); tum quoquè Impp. Constitutionibus (k) ab Autoribus variis (l) arbitramur consutam.

(a) Synonyma enumerat varia *Arithm.* incluta in Academia Francofurtensi Antecessor olim, *disp. feud. 1. th. 1. lit. a.* (b) *Cujac. in pr. lib. 1. F.* quem pro more sequitur *Borcholt, c. 2. n. 28. Vult. lib. 1. c. 4.* (c) Mediolanum, Insuorum Metropolis, *Munster. Cosm. lib. 2. pag. 248.* inque maximas Europæ Urbes adnumerata, *Neand. Geogr. part. 1. de Ital.* dictum volunt, nescio-quis à sue, inibi forte an effossî, partem lanosâ mediam; sed videntur Campæ, h. e. res, quæ nusquam sunt, nisi in aère apud Aristophanem, *Munster d. loc.* (d) *Orto Frising. de reb. gest. Frider. lib. 2. c. 12.* uterque sapiens appellatur, *tit. 25. lib. 2. F.* (e) *Intrigliol. quest. 4. n. 52. Arum. disp. feud. 1. th. 19. Arith. disp. 1. th. 3.* (f) sc. Friderici II. qui libros hosce per Dd. Papienses, vel, ut alii malunt, Bononienses in ordinem Titulorum justum redegisse putatur, *Arithm. d. loc.* sunt, qui omne hoc ex præscriptione esse adfirmant, *Wesembec. de feud. in proam. n. 4.* (g) quid sit, *V. Becm. de Orig. Lat. Ling.* (h) ut Cremonensium, Placentinorum, *Arithm. cit. loc.* (i) quæ primas in feudis obtinent, *Vult. lib. 1. c. 1. n. 2. Wesemb. in proam. feud. n. 3.* (k) Lotharii I. & II. Conradi I. Henrici II. V. VI. & VII. Friderici I. & II. quin & Romanensium pontificum decretis, qualia sunt *in c. ceterum. c. novit. de judic. c. quæ in eccles. de constit. c. ad aures. c. cum in quibusd. c. gravem, de penis. c. gravem de sentent. excomm. c. verum. c. extranmissa, de foro compet. Sonsbec. p. 1. n. 26.* (l) ita, ὕστερον προτερον agendo, quintus liber varias Impp. Constitutiones continens, à Jctis Cl. *Cujacio & Hotomanno* est congestus, è quorum editionibus illas corpori suo adjecit *Gotofredus*: ita quartus, incipiens à *tit. 25. lib. 2. F.* jussu

Friderici II. à Bulgaro IC creditur esse collectus, *Odofred. ad Authent. cass. C. de Sacros. Eccl. secundi v. & tertii ad d. usq. tit. 25.* compilerator audit *Obertus pertit. i. lib. 2. F. & tit. 23. eod.* De primo major erat dubietas: ejus tamen autorem nonnulli statuunt esse Gerardum Nigrum, qui unà cum Oberto Ortenso Consuetudines hæc feudales descripsisse existimatur, *Vult. c. 1. n. 4. Pistor. 2. q. 23. & q. 34. n. 17.*

### III. Feudum (a) unde sic dictum?

Quum à Nominis origine Rei natura sæpe fiat manifesta (b), neque abs re fore arbitror, si impræsentiarum *τὸ* Feudi quoque *ἑτυμολογία* paulò altius vener. Quid autem? neque heic loci inter se possunt consentire Viri Docti, & queis

*è meliore luto finxit præcordia Titan.*  
Quippe feudum quidam (c) dici volunt à *federe* (unde *fædum* scriptitant) quod Dominus cum Vasallo ineat; aliqui (d) ab Longobardico seu potius Saxonico *Fehde* (e), quod bellum notat, quum feudum Vasallo detur, Seniori uti Martis tempestate præstò sit; nonnulli (f) à *fūden* (g), i. e. pascere; quod feuda in pascuis quàm maximè consistant. At *l* Ctus noster (h) appellitari vult ita à fide (i) seu fidelitate (k). Atque hæc Originatio magè-probabilior est, ut quæ ex re ipsa ducta, h. e. forma (l) feudi (m). Sic sentiunt Dd. communiter (n).

(a) Vulgò *Lehen*, dictum ita nonnullis à Voce *Leut*; quòd Vasallus sit Domini infeudantis homo, i. e. servus, *Cujac. pr. com. de F. nam Servi, ut supr. quest. i. lit. m.* memoratum est, sæpiculè in jure dicuntur Homines, vel à Dialecto Gallica, *leaux sive loaux*, *V. infr. quest. IX lit. g.* nos non absurdè deducemus à *leihen*, sive, ut sonat idioma Saxonicum *leihen*, quod Saxonum moribus est, mutuò aut commodatò dare; itemque utendum-fruendum alicui



cui quid benivolè concedere, Heig. p. 1. q. 2. n. 67. Arith. disp. 3. t. bes. i. lit. b. (b) I. C. Scaliger. lib. 5. comm. in lib. Theophr. de caus. plant. cap. 14. item c. 4. d. Caus. Lat. Ling. Everard. in Top. loc. ab Etymol. Becman. in nuduct. ad Lat. Ling. c. 16. & de propr. signif. voc pag. 129. (c) Zas epit. feud. p. 1. n. 2. & in l. 3. in pr. n. 22. ff. de Orig. jur. Souboc. p. 2. n. 33. idq. per text. 6. lib. 2. F. (d) Ferr. Mont. 1. de F. 1. Hotom. Disp. feud. c. 1. vers. quæcum ita se haberent, per text. tit. 7. lib. 2. F. (e) Unde **Fehdes zeiten** belli tempora, **Fehder** oder **befehder** hostes, **Fehdesbrieffe** / literæ diffidatorix dicuntur Aur. Bull. c. 17. **Lehenr.** c. 77. constit. Elect. p. 4. constit. 15. 16. (f) Melancht. in Cron. Carion. & annot. ad offic. Cicer. Beust in l. admonendi ff. de jurejur. (g) unde sit **Gonhòs Ein Vogt** / Melancht. d. loc. (h) tit. 7. circ. fin. ibi: cum à fidelitate feudum dicatur vel à fide, lib. 2. F. (i) de differentia, quæ videtur esse inter fidem & fidelitatem V. Auson. Popt. de Verb. differ. lib. 2. pag. (mih) 126. (k) quæ vox homonyma est, significans 1. fidem ipsam, quæ promittitur, tit. 5. & in rubr. & in nigro, tit. 6. & 7. ibi: super fidelitatis juramento, lib. 2. F. & consistit in tribus hisce, Reverentia, Taciturnitate & Utilitate, Vult. c. 10. n. 21. II. **Iuramentum**, quo quis ad fidem præstandam sanctissimè adstringitur, tit. 4. tit. 24. §. est & alia, tit. 6. & 7. lib. 2. F. Idque triplicem in feudis usum habet, tit. 5. lib. 2. F. I. est fidelitas seu juramentum **subjectionis Erb vnnd Lands huldigungspflicht**, cujus forma in c. tibi Domino, 33. dist. 63. II. **Domesticitatis seu familiaritatis, Dienstpflicht.** III. **Vasallagii** sive **homagii, Lehenspflicht** / gallicè, **hommage**, Petr. Greg. Tholos. Syntag. jur. lib. 6. c. 15. n. 6. **Das man sol seinem Herrn bey Pflichte hilden vnd schweren / Das man ihm also getrew vnnd hold wolle seyn / mit der folge / als durch Recht der Mann seinem Herrn seyn sol /** Serfer. de juram. lib. 2. c. 2. n. 18. Vult. c. 6. n. 7. (l) fidelitas sc. feudi constituti forma essentialis, constituendi finis, Vult. c. 2. n. 1. anne sola? gentium minime: sed quatenus est annexa Usufructui in re immobili constituto, quod non est in ullo alio Contractu, ne quidem eò, qui feudo perquam similis videtur, Emphyteusi, Vult. c. 6. n. 9. (m) quæ dat esse rei & conservat eam in Esse, text. in l. Iulianus § sed & si 95. ff. ad exhib. l. mulieres. §. 1. ff. de V. S. opinantur quoque non pauci, dicitari feudum à Siglis

96  
glis hisce, F. E. D. U. M. h. e. Fidelis Ero Domino Vero Meo,  
Bodin. lib. 1. de Republ. c. 10. Betm. de Orig. Lat. Ling. (n) Curt. jun. p.  
1. q. 7. Sonsbec. p. 3. n. 33. Borcholt, c. 1. n. 1. Mozz. de Orig. feud. Heig. q. 2.  
n. 66. Schrad. p. 2. c. 1. in fin. VVesemb. c. 1. Hattys. analys. jur. feud. c. 2.  
Rosenthal, Synops. feud. c. 1. concl. 5.

#### IV. Feudum (a) an rectè definiiri possit per Usufructum?

Heic quidem F F. nimis caput φιλοσοφία, concin-  
nando varias Definitionum, ut Plautissem, struices.  
Nam multi (b) amant definire per Beneficium; plures  
(c) per Contractum; per Concessionem plurimi (d).  
Omnes (e), ni me omnia fallunt, propriè minus aut  
ωεγς επθ. Nos compendi verba-faciendo, malumus  
finiri per Usufructum (f) quendam (g) rei immobi-  
lis vel æquipollentis (h) sub conditione fidei & obsequii  
(i). Atque hanc sententiam pleriq; Dd, non solum pro-  
bant, sed etiam laudant (k).

(a) quæ vox æquivoca est, & multivariam sumitur I. pro Re  
ipsa feudali, tit. 22. ver. si v. tit. 26. lib. 2. F. II. pro ipso actu vel contractu,  
quo Vasallo in re constituitur jus, tit. 28. lib. 1. F. tit. 3. lib. 2. F. III.  
pro Usufructu seu jure in re feudali constituto, tit. 11 §. fin. lib. 2. F. Ro-  
senthal de Feud. c. 1. concl. 6. in fin. (b) Forcat comm. feud. c. 2. alii. (c)  
Scrader. p. 2. c. 2. n. 3. & seqq. Zas. p. 1. n. 5. (d) Inrigl. q. 1. n. 30. & seq.  
Sonsbec. p. 2. (e) ut & qui feudum definiunt per Rem, Duaren. com.  
feud. 6. 2. item per Clientelam militarem, Hotom. Disp. feud. c. 4. (f)  
pr. 1. de Usufr. tit. 23. lib. 2. F. qui perpetuus, ipsis quoque heredibus  
competens & ad masculos descendentes transitorius, Rosenthal.  
c. 1. concl. 6. n. 1. quippè ex conventionem, ut ceteri contractus, le-  
gem formam ac temperamentum accipit, l. 7. §. 5. ff. de pact. l. 13. in  
pr. ff. com. predior. l. 5. §. 2. ff. præscript. verb. l. 52. ff. de V. O. l. 23. de R. I. Nov.  
136. c. 1. (g) ita legatum definitur donatio quædam §. 1. l. de Le-  
gat. idque confirmari potest autoritate interppr. feudum instar  
usufru.

usufructus esse statuentium, *Gael. 2. obs. 115. n. 3. l. 2. de pac. publ. obs. 14. n. 11. & obs. 17. n. 19.* (b) quæ causa feudi materialis est: feudum quippe non nisi in rebus soli aut solo coherentibus aut iis quæ inter in mobilia numerantur, constitui potest, *tit. 1. §. fin. lib. 2. F. Niell. disp. 1. h. 6. lit. D.* (i) quæ verba specificam notant differentiam ipsamque feudi substantiam, quæ consistit in fide seu fidelitate, ad quam præstandam Dominus & Vasallus invicem obligati sunt, hic quidem illi cum quadam reverentia & obsequio, *Das sie einander mit Raht und That getrewo vnd hold seyn / einer des andern schaden nach vermögen wende vnd warne vnd der Lehen Mann dem Lehen Herrn gebühr unde Ehr erzeiget* per textum *tit. 5. 6. & 7. tit. 22. §. Curia a. ibi: salva reverentia, & tit. 23. §. de illa vers. quomodo enim ibi: quam humiliter, quam devotè, quam fideliter lib. 2. F.* (k) *Vult. c. 2. n. 9. & seqq. Niell. disp. feud. 1. h. 6. Hunnius disp. 2. h. 12. quis adsentior, lubensq; secundas facio.*

*V. An præter feudum masculinum (a) & feminineum (b) possit dari mixtum?*

Immortale illud Decus *VESALIAE*, Niellius

*ὅν οἱ θεοὶ Φιλάσων διποθήσονται* vsq; (i) in ea hæret heresi, omni uti adseveratione adfirmet, dari posse mixtum, (d) Sed, pace Viri, perperam; nam nullus eam in rem citari quit textus juris feudalis ordinarius (e); tum quoque in mixtis, quod potius, Rei nomen indit (f).

(a) h e à Masculo primitus acquisitum, vernaclâ nostrâ, *Mann Lehen* item *Lehen* so vff *Mannlichen Nahmen vnd Stammen* seind gecoidmet, *Vult. lib. 1. c. 8. n. 3. & seqq. arg. 31. & 50. lib. 2. F. Niell. disp. 1. h. 7.* (b) quod primulùm acquisivit *Fœmina*, vulgò *Weiber* oder *Günck* *Lehen*; nec refert, quòd masculi postea quoque succedant; feudorum enim origo ac stipes primus spectandus, *tit. 17. lib. 2. F.* ex causa primordiali unaquæque res æstimanda, *l. tutor datus. 69. ff. de fides. l. qui id quod 33. in pr. vers. causam enim & originem. ff. de donat. l. quasitum. §. parvig. refert.*

B



*vert. ff. de reb. judic. possid. Paulus Behrens IC. quem non nisi honoris causa nomino, disp. feud. 1. th. 51. (c) Obiit autem nobile illud Soli depositum, flos juventutis, anno suæ ætatis XXIV. & quod excedit; adeò verum est Poëtæ veteris oraculum;*

*Scilicet omne sacrum Mors importuna fatigat:*

*item. Vita quam brevís sit, cogita, Plaut. Mostell. act. 3. sc. 4. ibi Taubm. in Not. (d) q. e. ex masculino ac fœminino compositum & de quo mas & fœmina juxtà investiti, Niel. disp. feud. 1. th. 7. lit. a. (e) at erubescimus sine lege loqui, Nov. 18. c. 5. l. ill. m. C. de collat. nec temerè sine juris autoritate quid asserendum est, c. hi qui in ecclesia, de sent. ex comm. in 6. c. consuluit, 2. qu. est. 5. (f) æque atque Hermaphroditus (sexum utrumque repræsentans, Ovid. 4. Metamorph.) speciem peculiarem hautquaquam constituit, sed ad eum referitur sexum, qui in eo prævalet, l. 16. ff. de stat. hom. l. 3. ff. de jurud. l. 15. §. 1. ff. de testib. Arith. disp. feud. 2. th. 17.*

*VI. An quisvis Paterfamiliàs (a) plebeius res suas per investituram concedere alicui in feudum possit?*

Partes haut veremur sequi adfirmantium; fundamentū in Eo positum est, quòd omnes (b) qui legitimam (c) habent bonorum suorum (d) administrationem, infeudare possint (e): idque adeò latè extensum est, ut ne Imperatori *αυτοκρατω* (f) ex plenitudine potestatis hujus vel alterius res dare in feuda liceat (g); ne tunc quidem, quum rei postulârit publicæ utilitas (h), justum in Domino refundatur pretium (i).

(a) Ulpiano Jcto etiam is dicitur Paterfamiliàs, qui morte Patris sui juris factus, etiam si filium non habet, l. pronunciatio, 195. §. familia ff. de V. S. est enim vocabulum juris, quo non persona, sed jus demonstratur, Aristot. 1. Oecom. c. 2. Vult. lib. 1. c. 3. in fin. (b) nullâ habitâ differentiâ sexûs aut Conditionis; nam sive mas sit, sive fœmina; seu Clerici, sive Laici: nobiles item, an ignobiles aut rustici, benè infeudant, Vult. d. loc. n. 9. & seq. Quæ decisio ex quo-

ex quotidiana consuetudine & observantia frequentanda est, quæ juris controversi optima interpres, l. 37. ff. de LL. (c) unde servi, quum jure Civili habentur pro mortuis, l. quod attinet, l. servitutem. ff. de R. l. omniaquæ acquirant Dominis suis, §. 1. l. de his qui sui vel al. jur. §. 3. l. per quas pers. cuiq. acquir. feudum dare nequeunt Vultei. de F. c. 3. n. 1. (d) etenim qui, amabò, dabunt, quod ipsi non habent, l. 9. in fin. ff. de donat. l. 54. C. Eod. l. 20 ff. de A. R. D. l. 54. l. 120. l. 160. §. fin. ff. de R. l. & qui qualiter de suis quid impeditur alienare, is nec per feudum poterit investituram facere, per text. tit. 3. lib. 2 F. infeudatio namque species alienationis est, Gothofr. in d. tit. verb. Investitura. Borholt, de f. c. 5. n. 42. (e) quilibet enim rerum suarum moderator & arbiter, l. 70. ff. de R. V. l. 9. ff. act. ver. a. mot. l. 13. §. fin. ff. de injur. l. 9. C. de judic. l. 14. C. de contrah. emt. l. 21. C. mandat. (f) qui cæteroqui fastigium Orbis Christiani, omnia sua in manu habens, l. 3. C. de quadr. præscript. Dominus totius mundi, l. 9. ff. ad l. Rhod. de jact. (g) arg. c. 17. Deut. 3. reg. 21. junct. 4 reg. 9. & seq. Ezech. 46. v. 12. l. 17. ff. qui & à quib. manumitt. l. 14. §. 1. ff. de R. V. l. 11. ff. de R. l. l. 7. C. de precib. imper. offer. l. 3. C. de rescind. vendit. clarius per tit. 7. lib. 1. F. suffragatur huic Cl. Arniseus, insignis Politicus, incluta in Academia Julia Professor olim; hodieq; Regiæ Majest. Danicæ archiater, lib. 3. de jur. Maj. minor. c. 1. Bodin. lib. 1. de Republ. c. 8. (h) quippè absoluta ejus potestas justitia, non nequitie circumscribi debet, l. 15. ff. de condit. Instit. l. 10. ff. de I. & I. §. 3. l. Eod. l. 14. ff. de condit. indeb. l. 11. ff. de R. l. (i) h. e. data recompensâ rationali, arg. l. 13. §. 1. verb. nec publico nomine, junct. verb. nisi prius solitum solatium Domino præstet, ff. comm. prædior. l. 2. C. pro quib. caus. serv. pro præm.

*VII. An Molendina aquis innatantia dari in feuda possint?*

Res (a) solo (b) cohærentes dari in feuda posse, explorati juris est (c). Sic (exemplificare liceat mihi) castrum (d), ædificium (e); sic stagna, sylvæ (f); ita fructus pendentes (g), servitutes (h); itemque redditus

B 2 annui



annui (i) Jaliaque jura (k) rei immobili coherentia tam  
per se quam per Consequenciam (l) licite infeudantur.  
at quia verò Molendina continuo-fluentibus aquis in-  
natantia, (m) solo non coherent sed locomotiva sine  
(n); ideo nec infeudari ea posse existimamus (o).

(a) Vox Rei est terminus transcendens; unde Vigniti &  
amplius in jure nostro significatis habet, Gadd. ad l. 5 ff. de V. S. (b)  
Vocabulum soli à Jctis ad res immobiles, legende Güter / non  
mobiles. Sabinus / sabinde haab / referri constat ex l. 1. §. 1. ff.  
de R. V. l. 5. ff. de condit. tit. l. 7. §. 4. ff. pecul. l. un. C. de Usucap. trans-  
form. (c) arg. tit. 1. §. fin. lib. 2 F. (d) tit. 4. §. item si Vasallus possidet is  
castrum, §. similiter si quis l. 2 F. (e) l. 10. ff. quod vi aut clam, ult. l. 1.  
c. 3 n. 1 & 4 tametsi ædificium Ulpianus videatur habere in re-  
bus soli, l. 1. ff. de vi & vi armat. atque unà-pariter cum ædificio  
quoque veniunt ea, quæ vel adfixa, Nagelfest, vel ad usum e-  
jus atque utilitatem pertinent, arg. l. 1. §. fin. cum ll. seqq. ff. de act.  
em. l. 41. §. hinc scilicet ff. de legat. 1. (f) Fischeren / Jagten de q;  
his investitus, etiam pisces & feras, tanquam fructus consequi-  
tur, Wesemb. c. 7 n. 3 si nim. in sylvis aut aquis causa perpetuita-  
tis & propagationis habentur; tum enim fundi & aquæ pars cen-  
sentur, l. 2. ff. de divers. temp. prescript. l. jubemus. C. de SS. eccles. non  
item, si custodiæ & quotidiani usus gratiâ præservantur, zum  
Vorrath / so man in Bawren Gehägen oder Wildbahnen  
und Fischkasten verwaret / Ari hm. disp. feud. 6. h. 3. lit. d. (g) reif-  
fe oder vnzeitige / noch im Feldstehende / oder am Stöcken-  
hangende Früchte / Zasp. 4. n. 4. rectè: si quotannis renascantur.  
unaquæq; enim pars judicatur secundum suum totum: & quod  
juris est de toto, quoad totum: idem est de parte, quoad par-  
tem, l. 76. ff. de R. V. l. 33. ff. de legat. 3. l. fin. §. 6 ff. quæ in fraud. credit.  
fructus autem pendentes sunt pars fundi, l. 44 ff. de R. V. (h) quæ  
prædio debentur, l. 3. §. fin. ff. de reb. cor. qui sub tut. l. fin. C. de prescrip.  
long. temp. (i) Jährliche intraden, Rente / Zins / Zoll / Gült /  
Erbzins / Pächte / Curt. de feud. p. 1. q. 6. n. 10. Gail. 2. obs. 10. n. 1. (k)  
ut jura venandi, cædendi ligna, lapidem, aucupandi, Rosenthal,  
concl.

cont. 2 n. 2 lit. C. item Actiones, l. 15 §. 2 ff de re judic. l. 2 l. bene à Ze-  
 none. C. de quod. dr. prescript. l. un. § 7. C. de rei uxor. act. nim. si pro im-  
 mobilibus competunt, arg. l. 15 ff. de de R. l. (l) Vult. l. 1. c. 5. nu. 3. &  
 seqq. Bonn. d. sp. feud. 4. Dd. comm. (m) vulgò Schiffmühlen; non  
 item Wassermühlen/ quum solo cohaereant: quid igitur dicen-  
 dum de molendinis, quæ alas habent & vi ventorum agitantur,  
 germanicè Windmühlen? atque hæc inter mobilia referri pos-  
 sunt, ni talia sint, ut loco non moveantur, Borch. c. 6 n. 11. Sixtin.  
 de regal. b. lib. 2. c. 3. n. 71. faciitq. eo text. in l. Titius barreum ff de A. R. D.  
 (n) facile enim fieri potest, ut taliscemodi molendina catenis  
 ponto alicui sublicio aut terre adfixa vasto fluminum impetu &  
 vento versabundo abrepta pessum eant, (o) per text. d. tit. 1. §. fin.  
 lib. 2. F.

V III. An pater Vasallus de feudis in præ-  
 judicium filiorum suorum testari possit?

Vasallus (a) moribundus, seu ( ut leges Pontificiæ  
 dicunt) viam universæ carnis ingredi cupiens, tantum  
 abest, ut disponere de feudis quidquam possit, ut etiam  
 quod disposuerit, ipso jure feudali annulletur ac dica-  
 tur irritum (b). Adeò, ut quamvis licet princeps ipsis-  
 simus ratificet (c) vel ordinet Senioris (d) consensu (e),  
 aut pro anima, adeoque ad pias causas (f), nil tamen mi-  
 nus subsistat, nisi feudum vel merè ac absolutè heredi-  
 tarium sit (g), vel consuetudine aliter receptum, (h).  
 Unde quum legatum sit testamenti pars (i); pars au-  
 tem sequatur naturam totius (k), nec illud valere au-  
 tumamus, in tantum, ut nec ejus præstanda æstima-  
 tio (l).

(a) Vasalli (ut hoc dicitur Júp. q. intinem) συνώνυμα sunt va-  
 ria; nam dicitur quandoq; fidelis, tit. 1. §. quia videtur. tit. 7 lib. 1. F.  
 tit. 55 lib. 2. F. item homo fidei, beneficiarius, infeudatus infeuda-  
 tarius, beneficiatus: miles, tit. 19. tit. 21. tit. 22. tit. 27. lib. 1. F. item ex-

B 3 exercitus



ercitatus, homologus, cliens, clientulus, tit. 10. lib. 1. F. vulgò **Ein Lehenmann**, Vult. in Exeg. vocabuli hujus (Vasallus) ἐπιμοῖν inquirunt jēti (ut quorum scientia magna ex parte in vocabulorum interpretatione versatur, Auson. Popp. in Epist. tract. de Verb. differ. praefixa. Taubm. in diss. ad Lat. Ling. ex Cujac.) & Philologi excellentissimi, Heig p. 1. q. 2. n. 76. & seqq. Borcholt, c. 2. n. 15. Becman. de orig. Lat. Ling. (b) cereum hic nobis lucet text. tit. 8. in pr. lib. 1. F. qui proponitur oratione Universalis negativā, quæ nullam patitur restrictionem, sed omnem omni casu tollit potentiam, l. si is 13. §. utrum, 3. ff. de reb. dub. & impossibilitatem demonstrat, l. hoc genus, 106. ubi Dd. ff. de condit. & demonst. (c) quippè princeps nemini suum auferre potest, atque alteri dare, l. 2. l. rescripta, 7. C. de precib. imper. offerend. nisi justa subsit causa, l. 11. in pr. ff. de Evid. l. 15. l. item si forte. ff. de R. V. l. 2. §. 16. in fin. ff. ne quid. in loc. publ. §. sed & major asperitas, l. de his qui sui vel alic. jur. (d) Senior, i. e. dominus, nostra dialecto, **Der Lehenherr** / tit. 5. tit. 18. lib. 1. F. dictus ita vel ab idiomate Longobardico, *Senor vel Segnor*, Hotoman. disp. feud. c. 13. & In. lex. suo feud. in verb. Dominus; & verbo, Senior; vel etiam Gallico, *Seigneur, Sieur*. (e) quia feudum ita datur, ut non tantum habeat primus acquirens, sed illius quoque heredes masculi in infinitum, text. in tit. 23. §. fin. lib. 2. F. tit. 14. de feud. Marchia, ducatus §. Capitaneis, lib. 1. F. quinimo lege feudali filiis cautum est, ut patri in feudum ipso jure ita succedant, ac si nominatim illud in ipsa investitura cautum esset, tit. 1. §. & quia vidimus. & §. seq. lib. 1. F. (f) vulgò, **zu milden Sachen**, Reusn. p. 4. de testam. c. 14. in fin. item, **zu gütigen vnd barmhertzigigen sachen** / Constit. polit. de Anno 77. sub tit. 37. in fin. (g) quod ita conceditur, ut in illud succedere possint non tantum liberi masculi & feminæ, sed etiam Extranei heredes, per text. tit. 48. de feudo non habente propriam feudi nat. lib. 2. F. (h) **Dann die Lehen hangen mehrentheils an den alten Gebräuchen vnd herkommenden Gewonheiten** just. Gobl. im Rechtenspiegel / p. 9. q. ob ein Lehenmann in seinem Testament Vult. c. 9. n. 80. (i) si non integralis aut essentialis, subjectiva tamen vel prædicamentalis, aut, ut alii loquuntur, discreta propter indivulsam conjunctionem, Donell. 1. comm. 1. & 8. comm. II. (k)



695  
n. (k) l. 76. ff. de R. V. l. 33 ff. de leg. 3. l. fin §. 6. ff. que in fraud. credit. (l)  
quippe quod ipso jure nullum est, effectum quoque producere  
nullum potest, non dubium, s. C. de LL.

*IX. An Naturales (a), etiamsi legitimati (b)  
in feudis succedant?*

Hac de Controversia apud Dd. sententia nondum  
adeò liquida est (c). jure Civili per subsequens matrimo-  
nium legitimati (d) unà cum cætera prole in bonis pa-  
ternis per omnia succedunt (e); legitimatis verò per  
rescriptum Principis tum demum hereditas venit, justi  
& legitimi si deficient (f). Ita in Allodiis (g); an item in  
feudis? asserimus (h); quantumvis non pauci eant in  
Contrarium (i).

(a) Quos Natura, non honestas Conjugii genuit, text in c.  
liberi. in verb. liberi. 15. caus. 33. quest. 4. Schneidvv. instit. de Adopt. nu. 4.  
alias bastardi, quasi Bösart/ Borcholt. in Instit. tit. de nupt. §. fin. n. 2.  
tit. de heredit. que ab intest. §. 1. n. 7. qui jure cõmuni succedunt in duas  
uncias, quando pater sine legitimâ prole decidit, Nov. 18. c. 3. &  
Nov. 89. c. 12. Auth. licet. C. de nat. liberis. Sin autem legitimos liberos  
habeat, alimenta saltem debentur, idque secundum matrimo-  
nii mensuram, d. Nov. 89. (b) non absimiles sunt Alchymia, quæ  
facit apparere, quod non est; transmutare tamen unam speciem  
in aliam non potest; unde legitimatus gerit quidem figuram le-  
gitimi, tamen non habet eandem in substantia, Bald. c. 1. n. 23. extr.  
de Constit. Gail. 2. obs. 148. n. 19. (c) ajunt Dd. comm. Curt. jun. p. 3. c. 1. n.  
41. Clar. in §. feud. c. 82. n. 4. Strader. p. 7. c. 5. n. 21. Hartm. Pist. 2. quest. jur.  
41. n. 1. Tyraquell. de success. progress. lib. 1. §. 2. n. 52. Schneidvv. de F. p. 6. n.  
13. VVesemb. c. 6. n. 9. in fin. Rosenthal. 7. concl. 34. lit. f. & tract. feud. c. 7.  
p. tot. in primisq; practici, Mynsig. 5. obs. 42. Gail. 2. obs. 141. n. 2. negant  
plerique Theorici Sonesbec. p. 9. n. 72. Vult. c. 9. n. 94. Niell. disp. 5. th. 7.  
lit. d. Hotom. in 5. naturales. tit. 26. lib. 2. F. (d) Legitimatio quid, do-  
cet Vult. d. c. 9. n. 93. estq; duum Ea generum (hodie quippe legi-  
timationis

timationis per oblationem Curia nullus est usus, *Reisenberg. disp. miscell. s. th. 6*) sc per subsequens matrimonium, **durch nachfolgende Eheliche vermählung** / & per rescriptum principis, *S. fin. i. de Nupt. & Nov. 89.* (e) *arg. c. tanta. Extr. qui sint filii legitimi.* *S. quibus connumerari l. de hered que ab intest. l. cum quis. C. de nat. lib.* (f) *text. in l. imperabilis. C. de Nupt. & alleg. Nov. 89 c. 9.* *Sneidvv. Inst. de hered que ab intest.* (g) quæ feudis alias sunt opposita, *tit. 26. § 2. l. 2. F. vel quod videtur quoq;* Notatio seu ratio vocis notificare; etenim (liceat quandoq; vagari extra oleas) qui elegantiorum literaturam cum jurisprudentia jungunt, & proprius norunt

————— *quid distent era lupini,*  
allodium stirpis autumant Græcanicæ, q *ἀλλοῖον*, *Becm de corrig. Lat. Ling vel, ut τὸ ἀλλοῖον* Jctorum *Cujac. in prefat comm. feud. & in Eod. lib. 2. tit. 17.* ab A, quod *εργητικόν*, & *leudes* sive *leodes*; quod allodii possessor nullus sit Vasallus; à Dialecto Gallica, *leaux* sive *loaux*; vel (quod superaddam in Elogium unicum sermonis nostri, cui nec suus deest lepos, sua laus, *Taub. comm. Virg. Cul. in Pref.*) ab idiomate Alemanico, *allen Leuten*; quod sc. in cōmuni prædiorū devisione pars quota Militi, quota Catui promiscuo olim assignata, *Vult. lib. 1. c. 12. §. 11.* atque hæc superficialiter, ut loquuntur, & perfunctoriè volui immiscere. (h) per regulam traditam ab Oberto, *tit. 1. lib. 2. F.* quod hodieq; jure observatur Saxonico, non obstante *articulo 37. lib. 1. Landtr.* quem *gloss. ibid.* correctum & inter reprobatos articulos habendum recensuit, (i) *V. supr. lit. C.*

**X An femina regulariter à successione feudi removenda?**

Jure Civili & II Romanorum filia æquè ac filii, agnata atq; agnati succedunt (a), in feudis non æquè (b). Cujuscere

*Non ita difficile est rationem reddere (c).*

Principiò quidem ob servitia, queis rectè obeundis non sunt, *militaria (d)*; tum quod honestati publicæ se-  
xuique

xuique repugnet famineo Catui se immiscere atque  
 consortio Virorum (e); præterea fragilis sunt iudicii,  
 undè à rectis Consiliis Domino esse nequeunt (f);  
 & quod caput est, loquutuleja plebes est, linguâ tam  
 prodigâ atque effreni semper uti fluat & æstuet collu-  
 vione & spumâ non-concoctorum verborum (g). qui  
 ergò possunt secreta Domini tecta-tacita conservare?  
 hæc tamen universa omnia Vasallo sunt idcirco (h);  
 proindeque concludendum erit, prolem quæ sexûs se-  
 quioris est (i), à feudis (k) regulariter (l) exclusissi-  
 mam.

(a) Auth. in success. C. de suis & legit. lib. 2. inter filios. 17. C. de famil.  
 erisc. (b) text. in tit. 1. §. hoc autem notandum est. tit. 8. de success. feud.  
 §. filia v. ib. 1. F. tit. 11. de success. frat. §. 1. vers. ad filias v. tit. 50. de nat. succ.  
 feud. lib. 2. F. estq; hæc juris feudalis regula generalis, Sombec. p. 9.  
 n. 118. & seq. communis, VVesemb. c. 6. n. 22 & certa, Sneider. p. 6. c. de  
 success. ab intest. n. 5. quæ in tantum procedit, ut nec mares ex fami-  
 nis descendentes in feudis succedant, d. tit. 1. §. hoc autem notand.  
 quum successiones non per saltum fiant, sed juris ordine serva-  
 to, l. 1. §. prius. ff. de succ. Edict. l. Octavi C. unde cogn. §. placebat. l. de legit.  
 agnat. success. nec potest alicui id concedi, quod auctori eius non  
 licuit, l. nemo, 14. l. aliud, 160 §. fin. de R. I. idq; exemplificat in Wil-  
 helmo Comite de Nassaw. Hattys. in analys. c. 7. §. si n. 4. (c) gloss.  
 in d. §. hoc a. notand. in verb. successione feudi, existimat, nullam ali-  
 am dari rationem posse quam quod ita placueritis, qui feudorū  
 consuetudines introduxere, Boccr. de jur. succed. in feud. c. 3. §. 3. alii  
 ex L. XII. tabb. hoc causantur, Forster. lun. 4. de success. 23. n. 45. (d)  
 quid enim ad bellum Mulier? pervulgata id docent proverbialia,  
 μή μάχηρον αἶψα γῆλυ; item mulier in es; mulier Imperator. Sic  
 Græci timidum in bello γυναικῶν vocant, Cl. Taubm. comm. Plant.  
 Bacch. act. 4. sc. 8. Aru. s. l. b. i. polit. c. 9 pag. (inibi) 230 quid igitur de  
 Amazonibus & eiusmodi feminis bellicosis dicendum? neq; has  
 admittendas censemus euzi Hartm. Pistor. lib. 2. pract. observ. 4. 34 n. 3.

Vultej lib. 2. c. 9 n. 33. Rosenhal de Feud. 7. concl. 34. n. 41 Boc. de jure succed. in feud. c. 3. q. 32. (e) c. mulieres de judic. Nov. 117. c. 7. l. 1. §. 2. ff. de postul. l. 1. C. quod mul. tut. offic. l. alienum. 18. C. de procurat. l. 2. de R. i. (f) l. 1. C. de confirm. tut. Arnis d. loc. c. 9 pag. 227. (g) quæ si non ita se habent, nec vera erunt vulgiverbia, *Mulier es; item mulier, quum tacet, bona est*, Scalig. (dæmonium illud hominis & naturæ miraculum.) in *Conjectan. Taubm. comm. Plaut. Pam. act. 4. sc. 2.* (h) *per tit. 6. lib. 2. F.* (i) h. e. fæminei, teste Apuleio, *Taubm. comm. Plaut. Amphyr. act. 2. sc. 1. Cistell. act. 4. sc. 2.* (k) sive illa sint conditionata, *Zaf. p. 8. n. 7. ligia, Vult. c. 9. n. 43. aut franca, frey vnbeschwerte Lehen/Curt. jun. p. 3. n. 5. Emtitia, Sombet p. 9. n. 121. ecclesiastica, Krumstabsische/von Krummenstab herrührende Lehen* / contra vulgatum illud, *Der Krumstab schliesse niemand aus*, *Scrad p. 7. c. 4. n. 36. Bocer de jur. succed. in feud. c. 3. q. 25. antiqua, Niell. disp. feud. 3. th. 3. & alii, quos legendum heic magis quam allegandum censeo.* (l) interdum tamē succedunt, feudi conditione & qualitate id ferente, *tit. 1. l. 2. F. quale est fæmineum, tit. 50. lib. 2. F.* & si ita pacto sit cautum, *d. tit. 1. vers. ad filias. lib. 2. F.* ubi uterq; casus est expressus; denique si Consuetudine ita sit receptum; consuetudo enim & curia filius vicem legis obtinent, *c. venerab. de confirm. in 6. Gail. 1. obs. 1. c. 64. n. 8.*

### *XI. Clerici an in feudis succedant?*

Clericos (a) feudorum haut incapaces, fallor? an statuunt Viri  $\mu\eta\ \tau\omega\chi\acute{o}\rho\tau\epsilon\varsigma$ , sed queis jura legesvè in desideratissimis (b). At enim verò Nos dissentimus heic planè quod dicitur  $\delta\iota\varsigma\ \Delta\iota\acute{\nu}\alpha\ \pi\alpha\sigma\acute{\omega}\nu$  (c); idq; indistinctè (d). Quia enim ipsis arma bellica disconveniunt (e); imò ne à divinis, queis addicti toti, abstrahantur, iccirco feudorum haut quaquam evadant participes.

(a) Unde sic dicti *V. c. clericos. l. distinct. 21. Borch. c. 3. n. 1.* quorum alii sunt *Seculares*, nullam certam specialem regulam agnoscetes; quales hodieq; *Canonici, die Thumherrn*, qui quin succedant non dubito; *p. 2. quest. Saxon. q. 19. Bocer. de jur. succed. in feud. c. 3. q. 33.* alii *Regulares*, qui votum religionis, *tit. 29. §. qui Clerici. lib. 2.*

lib. 2. F. item habitum religionis, tit. 30. lib. 2. F. assumere dicuntur. Vult. c. 9. n. 67. & seqq. tria q; jurant, Indigentiam, Obedientiam & Continentiam, c. monasterium, 6. X. de Stat. Monach. (b) Schenck-Ba-ro, in c. 1. de Vasall. qui depos. Salicet. in Auth. ingressi. C. de S. S. eccl. Zas. p. 5. n. 71. Atq; hanc Sententiam tã in Germania quã Gallia receptam esse scribit Hanneton. 2. F. 3. de illa, metuimus ut erret; nam jure Sax. feud. Lehenr. c. 2. expressè dicitur, Pfaffen sollen Lehenrechts darben/ & art. 25 lib. 1. spec. Sax. begiebt sich aber ein Manu zum Mönchleben/ der zu seinen Jahren kommen ist / er hat sich von Lehen vnd Landrecht geleat/ vnd sein Lehen seyn dem Herren ledig / dann er den Herrn Schilde hiedurch niedergelegt hat / quam veriore testatur Myusing 8. obs. 48. n. 8. (c) milites Christi facti desiere esse milites seculi, tit. 21. de Vas mil. qui arm. dep. Deo siquidem militans secularibus, sese negotiis implicare non debet, c. 1. Extr. ne Clerici vel Monachi sec. neg. se immisc. quum Mundo dicatur mortuus, l. 56 in pr. vers. nam & mariti, junct. l. generaliter, 52. C. de Episc. & Cler. nec æquum est, ut usurpet beneficium, qui non præstat officium, eleganter Zas. p. 5. nu. 70. Petr. Martyr, class. 4. Loc. 13 per. 101. Niell. disp. feud. 1. 1b. 4. disp. 2. 1b. 2 lit. c. Bocer. de regal. c. 2 n. 101. ne quidem per substitutum; nam qui per se feudi incapax est, nec per substitutum servire potest, tit. 36. lib. 2. F. etiam si habitum religionis deposuerit, tit. 30. lib. 2. F. (d) nec enim refert, cujus sint generis aut Conditionis, adeò ut nec Episcopi & Cardinales admittendi, per d. tit. 30. lit. 1. F. qui ppe quum non reperiantur nominatim privilegiati atq; exempti, regulæ huic tam diu inhærendū erit, l. 1. ibi. Dd. ff. de R. I. donec Contrariū manifestò probetur, l. ab ea part. ff. de probat. l. suus quoq; vers. pu. o ff. de hered. instit. & nisi aliter obtineat; sicut obtinet in terris imperii præsertim Saxonie, Nov. Elect. August. p. 3. const. 28. quid de militib; Cruciferis, ut sunt Melitenses, Rhodii, Hierosolymitani; itemq; illi, qui Commendatores dicuntur, vulgò die Teutsche Herren? hi, quia certo Religionis ordini sacro sunt mancipati, Volaterr. 21. Anthrop. religiosus autem in feudum rectum non succedat, tit. 26. S. qui Clericus, tit. 30. tit. 21 lib. 2. F. ideo putamus arcendos, Sonsbec. p. 12. n. 115. Scradet. p. 7. c. 5. Forster. de success. ab intest. c. 52. nu. 39. Rosen-  
**C 2** abat.

shil.c.7.concl.20:n 9. & seqq. Boer. de jur. succ. in feud. c.3. q. 16. ni fortean Consuetudine, quam se qui tenemur, tit. 1. lib. 2. F. aliter observetur, d. Nov. Elez. August. p. 3. const. 28. (c) rectius iis lacrymæ conveniunt & Orationes, ut ex D. ambrosio refertur, in Can. non pila, 23. q. 8.

XII. *Famina à feudi successione per masculum exclusa, an in perpetuum exclusa?*

Contortuplicata quæstio est (a), in qua tueri Adfirmativam satagunt Viri ingentes, & quos Orbis Europæus melior communi q. comitio Senatores Curia juridicæ nuncupavit (b). Sed illorum sententia an *ἀνωτατο* habeat,

Dicant iudicio qui potiore valent (c)

Nos (*ἀβασανάρτες*) veremur admodum, erronea ut sit (d). Unde sectari sequi malimus Negantium.

(a) usu tamen frequens & celebris; ita plerunque difficulta sunt quæ pulcra & utilia. (b) Gail. 2. obs. 148. Boer. de investit. feud. c. 5. n. 62. Borcholt, c. 7. p. 2. n. 36 Rosenth. c. 7. concl. 44. n. 13. Fachin. 7. contr. 45. Harprecht ad pr. l. de heredit. quæ ad intest. desert n. 143. Duaren. c. 10. n. 12. Rittershus in part. feud. c. 14. q. 2. Schmsidv. epit. feud. p. 6. tit. de success. ab intest. n. 50. per text. tit. 6. §. quin etiam lib. 1. F. (c) Icti sc. excellentissimi, quos inter familiam ducunt Cujac in d. §. quin etiam. Ardz. sub tit. de feud. success. vers. inde videtur. Somsbet p. 9. n. 13. & seqq. Guerr. Pifo, sub tit. feuda propr. & in propr. quænam sint, vers. quarta species. Lorient. de hi qui feud. dar. poss. §. & quis. vers. sed dubium quam sententiam æquiorum & veriorum certò se credere dicunt, Mynsig 5. obs. 74. VVesemb. c. 6. n. 23. Vult. c. 9. n. 52. Martin. Pistor. q. 36 n. 24. Niell. disp. feud. 5. th. 4. lit. c. Illico Ummius, in proc. disp. 18. Coroll. eamq; in amplissimo Witeberg. Ictorum Collegio pronunciando comprobata fuisse testatur Heig. 1. q. 26. n. 9. in fin. (d) per text. tit. 8. §. filia v. lib. 1. F. ubi dicitur, quòd filia non succedit extantibus masculis. E. à contrario sensu, si filii non extant, puta postquam feudum obtinuerint, sublatis sunt, fæminæ erunt admittendæ; itemq; per tit. 17. vers. Non n. patet, lib. 2. F. ubi particula, *donec*.

donec, non perpetuò excludit sed temporaliter & contemplatione certarum personarum, ut & similes, quamdiu, quoad, usq; dum, Vult. d. c. 9. n. 54. Arum disp feud. 6. th 13. & in dubiis hæc est interpretatio accipienda, ut potius feudum apud acquirentis subolem, quàm Dominum maneat, tit. 18. vers. unusquisque, lib. 2. F. Arum. d. loc.

XIII. Investitura (a) de feudo Vasalli adhuc viventis sub conditione mortis facta (b), an valeat?

Quæstio hæc, attendendo regulas juris Cæsarei (c), magnæ difficultatis est (d). Pacta siquidem de bonis adhuc viventis inita bonos contra mores sunt adeoq; nulla (e). Verùm ut-ut sit, talibus insuper habitis (quum aliud hodieque practiceretur) (f) *ὅταν το φανέσ* tuebimur (g). ex sententia Mediolanensium & Cremonensium (h), quæ ab plerisq; Dd (i) approbata est.

(a) item Investitio, tit. ult. lib. 1. F. quæ Vox num Latina, num v. barbarica, inquit Rittershus. l. 1. c. 8. Bocer. de investit. c. 1. n. 15. Arum. disp. 5. th 4. Godofred. Anton. disp. 4. th. 1. dicta fortassean. ita ab investiendo; ut enim veste induimur; hac ita investiturâ ceu possessione cingimur, vulgò *Wann Einer in den Besitz eingesetzt vnd installirt wird*; Arith. disp. 7. th 1. lit. a. e contra disvestire est, quempiam possessione privare, ut ex Plauto sat liquet, *Cas. act. (in fallor) s. 4.* estq; homonyma, tria significans, successionē tit. 2. lib 2. F. Instrumentum super actu invelliendi memoria ergò confectum; alias breve testatum, *der Lehenbrieff* tit. 32. lib. 2. F. tit. 4. lib. 1. F. ipsum deniq; actum, *die Belehnung* tit. 25 lib. 1. F. Vult. rej. c. 7. n. 6. Bocer. de investit. c. 1. n. 12 quid sit, docet Feudista, tit. 3. lib. 2. F. de substantia ejusvè qualitate *Ἠγ' μὰν ἐγρέπων* Vult. d. . 7° (b) vulgò ein *Geding*; ein *Expectantz* / item *anwartsung* auff eines andern *Lehen* / *Gail* ita expressit Alemanicè, so einer der letzte seines *Nahmens* vnd *Stammes* ist / *Kan* oder mag dessen *Lehen* von dem *Lehenherrn* außgeben vnd einem andern

C 3. dem

200  
Bern die Anwartsung vergünnet werden / 2. obs. 155. n. 2. (c) §. im-  
possibili, & §. fin. l. de inutil. stip. l. generaliter, 26 & seq. ff. de V. O. l. 7. &  
l. 50. ff. de pact. l. pacta quæ contra. C. eod. (d) teste J. Cro supra vulgum  
Pistor. q. 25. n. 2. (e) quum votum captandæ mortis inducat libe-  
rumq; testandi arbitrium tollat, l. licet. l. si pactum quod do. ali. & l.  
fin. C. de pact. l. ex eo initium. C. de inutil. stip. l. stipulatio hoc modo. ff. de V.  
O. canonista in c. quamv. de pact. in 6. (f) Vult. d. c. 7. n. 4. etiam de  
jure Sax. Lehenr. c. 5 & 57. (g) per text. expres. tit. 35. lib. 2. F. (h) ceu  
refert Feudista tit. 27. lib. 1. F. ibi Gothofr. in Not. lit. p. (i) Gail d. obs. n.  
3. & seq. Pistor. d. q. 25. n. 5 & seqq. Vult. d. c. 7. n. 48. quibus haut parum  
fidem habemus.

XIV. Feudo sine Culpa (a) Seniori aperto,  
num fructus (b) anni ejus, quo moritur Vasallus  
(c) sint omninò hereditum?

Heic loci multum inter se scriptis velitantur Dd.  
quidam satagei rationes hanc decidendi controversi-  
am ex jure conferruminant Civili (d). alii feudorum  
placita sequi malunt ob text. sing. tit. 28. §. bis consequen-  
ter. lib. 2. F. (e). quam sententiam & Nos amplexabi-  
mur (f).

(a) quæ duplex censetur, Commissionis alia, alia Omis-  
sionis: quarum illa hæc longè gravior est, l. Metrodorum, 40. ff. de  
pen. tale delictum appellatur Felonia, tit. 26. tit. 47. tit. 38. tit. 37.  
lib. 2. F. nobis in nostro sermone dicitur ein Schelmstück / unde  
phrasis zu einen Schelmen werden / einen Schelmen verweir-  
cken / Cl. Arithm. sequutus Cypreum de Sponsal. c. 13. §. 79. in fin. à schild  
h. e. scuto derivatum vult Schelmen q. schildmen / q. d. scutum  
deserens, vel Schelmen / der gescholten wird / disp. 9. th. 2. lit. C.  
(b) vel naturales sunt, quos natura suâ sponte producit, in quibus  
nulla vel modica versatur hominum industria, l. ancill. m. 27. &  
seq. ff. de hered. petit. l. usura. 34. ff. de usur. l. cum servus. 39. §. fructus. ff. de  
legat. l. cum de modo. 11. ff. de donat. vel Civiles, ut sunt usura, pensio-  
nes, Zins, Rente, Gült, ceteraq; obventiones, quæ fructuum  
vicem



vicem obtinent, d. l. usura. & l. quod his verbis, 83 ff. de leg. 1. 3. & non naturaliter vel principaliter ex re, sed provisione hominis percipiuntur propter rem, l. praediorum, 36 ff. de usur. l. 62 ff. de R. V. l. 121. de V. O. (c) nam de fructibus annorum superiorum nulla est dubietas, qui sive sint extantes, sive consumti ad heredes Vasalli allodiales (Land Erben) pertinent, non ad Dominum vel agnatum in feudo succedentem, Vult. c. 11. (d) Hotom. ad d. S. hi consequenter. secundum naturam Ususfructus divisionem oportere institui autumat. Cujacius de f. ud. lib. 4. tit. 30. pro rata anni dividi existimat, per inde ac sit matrimonio inter virum & uxorem soluto, l. d. vortio. alias incipit, fructus. S. P. apinianus ff. solut. matr. per text. l. si oportet ff. de usufr. & l. 5. in fin. ff. si usufr. pet. Gothofr. d. tit. 28. VV. sember. ff. solut. matr. tit. fin. & de F. c. 10 n. 5. (e) & quamvis hujus placiti rationem reddere per se difficile; tamen non oblivisci nos oportebit ejus quod Jctus monet in l. non omnium ff. de LL. quin sufficiens esto, ita usu esse receptum, Vult. c. 11. n. 119. Caeterum quia in plerisque Germaniae locis & praecipue regionibus Septentrionalibus fructus non tam cito maturescunt, illos etiam, qui Kalend. Septem. br. adhuc pendent, heredibus Vasalli allodialibus adjudicandos ad. statuunt. jure Sax. culturae solius habetur ratio, ita ut quicquid satum, rastatum est, quacunque anni tempestate ad heredes Vasalli vel etiam Viduam, cui in feudo dotalitium, et Leibgeding constitutum, transmittatur, vulgo das des Verstorbenen Lehenmans Landerben nehmen das jenige / so der Lehenman am lehen verdienet hat / id est, Wann er den Zinsstag erlebt hat als auff Walpurgis der Lämmerzehend vff Johannis aller Fleisch zehend / auff Margrete aller Korn zehend &c vnd des Mannes Saat / so die Ege bestrichen hat / text. im Landr. art. 58. lib. 2. & art. 76. lib. 3. Nov. Elect. p. 3. c. 32. (f) ad stipulantur Zasp. 10. in fin. Sonsbec. p. 10 n. 10. Pistor. q. 24. nu. 47. Truitt. (ille ingeniorum hodie scopulus) Vol. 1. disp. 16. th. 9. lit. a. Heic pedem sisto. Quod superest, laus honor & decus, qui

*Sine principio principium, absq; sine fini:*  
*Cui praeteritum non abit, haur subit futurum:*  
*Ante omnia, post omnia, totus, unus. I P S E.*

**COROL**



# COROLLARIA

I. An decedenti Duci, Marchioni, Comiti primogenito ejus filio prius mortuo, ex illo Nepos succedat, Et in jure primogenitura preferatur patruo suo, nec ne? A. prius.

II. An filiabus ex feudo legitima, vulgò der Dritte Pfennig/ prestanda à fratribus feudi successoribus? N.



## ANAGRAMMA

ad  
Præstantissimum Et Literatissimum

Dn. Respond.

EVERHARDUM SCHNELLUM,

amicum & commensalem suum uni-  
cè dilectum.

DURUS, AN CELER SIES

V } vix

L } liquet.

TU quoque non dici tantum, sed & esse quod audis  
Niteris, Eunomies flos generose Dex.

Impiger inceptas quos te voluere labores

Exantlare Dii. cœpta tueris eâ

Dexteritate animi, ut Vix adsint unus & alter

Queis Liqueat DURUSnè, AN CELER ergò SIES.

Casparus Lelius, LL. Stud.

F I N I S

COROL


V517


ULB Halle 3  
002 673 282



TA → OL







1749

39. 689

1627

14

3

L.

47

QUÆSTIONES  
SEU  
CONTROVERSIÆ  
ALIQVOT FEU-

DALES:

*Quas*  
D. O. M. A.  
Jctorum  
*Amplissima Facultate adficiente,*  
PRÆSIDE  
*Consultissimo & Excellentissimo Viro,*

**Dn. IEREMIA REUSNERO I. U. D.**

incluta in Acad. Witeberg. Antecessore, Curia Provin-  
cialis & Scabinatus ibid. Adfessore: Præceptore & Pro-  
motore suo ætatem honorando,

*publice disquisitioni*  
*subjicit*

**EBERHARDUS SCHNELL, FRISIUS,**

In auditorio Jctorum,

*ad diem Aprilis horis à 7. matutinis.*

WITTEBERGÆ,

**Ex Typographico JOHANNIS GORMANNI,**

ANNO M. DC. XXVII.

